Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Mandatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

MALEDICTIO.

MAledicere non optando malum, mortale non eſt, nec maledicere brutis animalibus, niſi quis maledicat in odium eius, qui poſſidet.

* Non optando ʒ *Sot. l. 5. q. 12. art. 1.* vt Parentes faciunt nullo in animo animali deſiderio affecti.

Poſſidet ʒ vel vt Dei creaturæ ſunt. *Nau. c. 23. nu. 82.*

Mandatum, vide Caſus fortuitus, Conſilium, Diſpenſatio, Donatio, Interpretatio, Iuriſdictio, Præceptum, Reſtitutio.

1 MAndatum poſterius regulariter non derogat priori, niſi de eo faciat mentionem, præſertim in priuilegijs, legatis, & re non integra.

2 Mandatum re integra finiri morte mandantis dicitur *C. Mandati, & l. Mandatum,* ſed caſus quidam excipiuntur à Doctoribus: & quidem quod mandatur per modum conſtitutionis, non expirat, nec vt ego puto, quod gratiam alicuius. *Vide ſup.* DONATIO.

* *C. Gratum. C. Relatum, de off. deleg.* Vide *Cou. l. 1. var. reſol. c. 14. Mol. d. 263. n. 4. Nau. c. Placuit, de pœn. d. 6. nu. 161. Sayrum de cenſu. l. 7. c. 14. num. 6. Staphileum de literis gratiæ.* Quibus modis expirant literæ ad beneficia.

MANI-